UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Qvæstio LXV. Quoniam igitur Non sola Fides nos Christi atque omnium eius beneficiorum participes facit, vnde hæc viua fides proficiscitur?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Visual Library

† Non *a* * quin † inſiti ſunt.

RESP. †. *Ita*. Neque enim fieri poteſt, * *quod* ij, qui Chriſto per fidem † *ſolam ſe inſitos putant*, fructus proferant gratitudinis *b*, *vt debitos ac meritorios*.

a Rom. 3. 30. Rom. 6. 1. *b* 1. Iohan. 3. 9. Ioh. 15. 5.

a Rom. 3. 30. *Vnus eſt Deus, qui iuſtificat circumciſionem ex fide* non ſola *& præputium per fidem*, ſed viuam Rom. 6. 1. *Permanebimus in peccato vt gratia abundet? abſit.*

RESP. *a* Ergo ſola fides iuſtificans non reddit homines profanos? Nihildum iſtud ſequitur.

b 1. Ioh. 3. 9. *Omnis, qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit; quoniam ſemen ipſius in ipſo manet: & non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt.* Ioh. 1. 5. *Qui manet in me & ego in eo, hi fert fructum multum quia ſine me nihil poteſtis facere.*

b RESP. Atqui omnis baptizatus, eſt natus ex Deo; & tamen ſubinde peccat ſic, vt excidat & non maneat in charitate Chriſti: licet in fide, ac ſpe, ſed mortua. Et iſtud conſeruat nos in filiali timore Dei: doctrina contraria temere ſecuros reddit & profanos.

DE SACRAMENTIS.

DOMINICA XXV.

QVÆSTIO LXV.

Quoniam igitur Non *ſola Fides nos Chriſti atque omnium eius beneficiorum participes facit, vnde hæc* viua *fides proficiſcitur?*

RESP. A Spiritu Sancto [a], qui eam per *Baptiſmum, aut* prædicationem Euangelij [b] in cordibus noſtris accendit, & per vſum *cæterorum* Sacramentorum confirmat [c] *& auget.*

a 2. Cor. 4. 13. *b* Rom. 10. 17. *c* Rom. 4. 11. Act. 8. 36. 37. 38.

DE SACRAMENTIS.

c Rom. 4. 11. *Signum accepit circumciſionis ſignaculum iuſtitiæ fidei, quæ eſt in præputio.* Act. 8. 36. *Ecce aqua quid perhibet me baptizari: Dixitque Philippus Si credis ex toto corde, licet.*

c RESP. Signum eſt ad ſignificandam gratiam occultam, & præſentem, in præputio quidem reſpectiue; at in Aqua bapt. & verbo effectiue.

QVÆSTIO LXVI.

Quid ſunt Sacramenta?

RESP. Sunt ſacra [a] & in oculos incurrentia [b] ſigna ac † *inſtrumenta inuiſibilis gratiæ*, ob eā cauſam à Deo *d* inſtituta, vt per ea nobis promiſſionem Euangelij magis declaret [e] & * *gratiam efficienter conferat*, quod ſcilicet non vniuerſis tantum, ſed etiam ſingulis *vere* credentibus, *primario* propter vnicum illud Chriſti ſacrificium in cruce peractum gratis donet mediante Sacramento remiſſionem peccatorum, & vitam æternam *g*.

† ſigillat, * obſignet ſ.

a Exo. 29. 33. *b* Rom. 2. 28. Exod. 12. 13. *c* Gen. 17. 11. Rom. 4. 11. Exod. 13. 9. 1. Cor. 11. 24. 25. *d* Act. 7. 8. Exo. 12. 27. Io. 1. 33. 1. Cor. 11. 20. *e* Gen. 17. 13. Deut. 30. 6. Exo. 13. 9. 1. Cor. 5. 7. Act. 22. 16. 1. Cor. 11. 23. 24, 26. Matt. 26. 27. 28. 1. Cor. 11. 25. 26. 28. *f* In hac quæſtione ſub lit. c & e. *g* Mat. 26. 28.

c Gen.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN